

VIRO

SVMME REVERENDO, AMPLISSIMO

DOCTISSIMO VIRE

IOANNI ERNESTO IMMANVELI WALCHIO

S. P. D

Nicolaus Schwebelius

Miraberis, VIR SVMME REVERENDE, quo modo ego, forsan
vix nomine TIBI adhuc notus, grauiora IVT negotia litteris his-
ce interpellare sustineam... Ac sane, ut id facerem, religioni merito
mihi habuisssem, nisi celeb: Breutingeri mandata mihi adcu-
rate exsequenda, serupulum omnem animo meo exemissent.
Lubens igitur laetusque potius exoptatissimam hanc, et ab

356
ipſa quaſi fortuna mihi datam occaſionem amplector, qua,
ut ſpero, abſque temeritatis nota, aditum ad TE, IVRIS MAJORE
favorem mihi aperire poſſim. Facere igitur non potui,
quin prima ſtatim occaſione, haſce litteris ad me datis
includas, ad TE perferendas curarem; omnibusque poſt-
habitis curſori publico traditas commendarem; quas
ut recte accipias ualde opto. Quodſi in poſterum erit,
in quo TIBI, VIR SUMME REVERENDE, animum ad quae-
libet officiorum genera paratiſſimum poſtero declarare
pro certo TIBI polliceor atque confirmo, me nihil umquam
reliqui eſſe facturum. Vale, VIR DOCTISSIME, meque
Tuo favore complecti haud grauarere. Babam Norimbergae
Idib: April: A. 1512 CCXXII.